



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

2 Resignationes conditionatae fiunt pluribus modis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- 57 Coadiutor, quomodo inter alios canonicos sedere debeat.
- 58 Auctoritatis propria lumine fulgentes, praferuntur illis, qui vices aliorum gerunt.
- 59 Honor debetur constitutis in dignitate ratione excellentia.
- 60 Coadiutor canonici vocatur canonicus fideus.
- 61 Canonici veri fidei sunt praferendi.
- 62 Coadiutor datus canonico in ordine sacerdotali canonicos in ordine diaconali, vel subdiaconali praecedere debet.
- 63 Canonicus praecedere debet coadiutorem canonici ejusdem ordinis primò receptum.
- 64 Coadiutoria forma est semper consideranda, ubi de illius viribus dubitari contigerit.
- 65 Coadiutor infirmus, vel corporaliter legitime impeditus lucratur distributiones quotidianas.
- 66 Coadiuto excommunicato, an coadiutor pro eo distributiones quotidianas lucrari possit.
- 67 Excommunicatus non lucratur fructum aut emolumenta beneficiorum.
- 68 Excommunicatus, qui non potest per se, nec per alium ad sui utilitate agere potest.
- 69 Coadiutor canonici, an vocem activam, & passivam in capitulo habere possit.
- 70 Verba generalia, generaliter sunt intelligenda.
- 71 Coadiutores pluribus dantur.
- 72 Coadiutor, quis dicatur.
- 73 Aetas in coadiutore, qua requiratur.
- 74 Coadiutor Episcopi cum futura successione minor 30. annorum sine dispensatione Apostolica deputari non potest.
- 75 Coadiutores cum futura successione pluribus de causis dari possunt.
- 76 Coadiutor Episcopi, qua exercere possit.
- 77 Coadiutores dignitatibus in cathedralibus ecclesiis existentibus dari possunt.
- 78 Coadiutores parochialium ecclesiarum rectoribus, quibus ex causis dari possunt.
- 79 Coadiutores, Abbatis, & Abbatibus dari possunt.
- 80 Coadiutores Regibus, & Principibus dari possunt.

QUOMODO beneficia per obitum vacantia conferantur, edoctum fuit supra, nunc autem de vacantibus per resignationem est agendum. Resignationes verò tria sunt simplices, ut quae fiunt sine conditione, & pacto, non designata persona, cui beneficium conferatur *c. tua nos, de Simon. & Put. decis. 158. n. 4 lib. 3.* & istae fieri possunt per procuratorum aut resignantem, qui personaliter potest resignationi consentire.

2. Tria conditionata, quae pluribus modis fiunt in favorem designatae personae resignatarii,

3. Primò tria in favorem talis, & non ab alio, aliter, nec alio modo, & quia in supplicationibus non conceditur clausula, in favorem talis. N. & non alius, aliter, nec alio modo, tunc procurator ad resignandum verbi gratia in favorem Sempronij non potest resignare, nisi provideatur in favorem personae nominatae, quia contra formam mandati resignatio admitti non potest. *gloss. in c. olim. il. i. in ver. traditam. de rest. spol. Paris. conf. 19. numer. 23. vol. 2. & Rebuff. de resignat. cond. numer. 3. par. 3.*

4. Secundò tria ex causa permutationis, dum-